

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 5: De aliis rebus

Caput 13: De predestinatione et obstinatione (1)

Predestinatio, secundum beatum Augustinum, est gratie preparatio, que sine prescientia esse non potest.

Praedestinauit. Praedestinatio igitur est gratiae praeparatio
quae sine praescientia esse non potest.

Glossa ordinaria, Epistola Pauli ad Romanos, 8 (Biblia Latina cum glossa ordinaria, A. Rusch ed., Strassburg, 1480).

Inter gratiam porro et predestinationem hoc tantum interest,
quod praedestinatio est gratiae praeparatio,
← gratia uero iam ipsa donatio. Quod itaque ait apostolus:
non ex operibus, ne forte quis extollatur,
ipsius enim sumus figuramentum,
creati in Christo Iesu in operibus bonis, gratia est;
quod autem sequitur: *quae praeparauit deus,*
ut in illis ambulemus, predestinatione est,
→ quae sine praescientia non potest esse.

Augustinus Hipponensis, *De praedestinatione sanctorum*, 1.19
(CSEL 105, V.H. Drecoll & C. Scheerer eds., p.196, ll.4-9).